

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

In statuam Bacchi. Emblema XXV.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

cit, animum verò imbecillum & fragilem.

Et Ovidius :

Nox, & amor, vinumq; nihil moderabile
suadent :

Illà pudore vacat, Liber, amorq; metu.

Propertius :

Vino forma perit, vino corrumpitur aetas,

Vino saepe suum nescit amica virum.

Proverbium vetus est, *Anima secca, sapientissima*. An vero etiam conciliabimus ad epigraphen huius distichi Plautinū illud ? Non vinum moderari, sed vino solent, qui quidem probi sunt. Retuli paulò antè monitum Polybij certè graec. *Ααθεις ισιν αδυνατον την γυναικα πιστας οινον*, fieri non posse, vt quæ vinum biberit mulier, lateat. Bellè contentit illud Varronis ex Agathon: Virgo de conuiuio abducatur ideo, quod maiores nostri virginis acerbæ aures

Veneris vocabulis imbui noluerunt. Dionysius legem primū à Romulo scriptam fuisse testatur lib. 2. de prohibito temeto fèminis. Vinum siquidem, iuxta prouerbiū, lac Veneris dicitur. Ouid. 3. Artis :

Tiorpe iacens mulier multo madefacta

Lyao,

Digna est concubitus quoslibet illa pati.

Virginitas deniq; præsertim sacris, imò & omni adolescenti, virus & toxicum esse vinum, adhortatur egregiè D. Hieronymus epist. 44. Si experto, inquit, creditur, moneo præcipuè, vt virgo, seu sponsa Christi vinum tamquam venenum fugiat: hæc aduersus adolescentiam prima sunt arma dæmonum. Vinum enim & adolescentia duplex incendiis voluptatis: quid oleum flammæ adiciamus? Hæc ille, & rectè fanè: Nā Venus in vinis, ignis in igne subest.

*Vinū lac
Veneris.*

In statuum Bacchi.

EMBLEMA XXV.



DIA.

DIALOGISMVS.

BACCHE pater, quis te mortali lumine nouit,
 Et docta effinxit quis tua membra manu?
 Craxiteles, qui me rapientem Gnoſſida uidit,
 Atque illo pinxit tempore, qualis eram.
 Cur iuuenis, teneraque etiam lanugine uernat
 Barba, queas Pylum cum ſuperare ſenem?
 Muneribus quandoque meis ſi parcere diſces,
 Iunior, & forti pectore ſemper eris.
 Tympana non manibus, capiti non cornua deſunt:
 Quos niſi dementis talia ſigna decent?
 Hoc doceo, noſtro quod abuſus munere ſumit
 Cornua, & inſanus mollia ſiſtra quatit.
 Quid uult ille color membris penè igneus? omen
 Abſit, an humanis ueris ipſe focis?
 Cum ſemeles de ventre parens me fulmine traxit
 Igniſomo, infectum puluere merſit aquis.
 Hinc ſapit hic, liquidis qui nos bene diluit undis:
 Qui non, ardenti torret ab igne iecur.
 Sed nunc me doceas, quid uis miſerier? & qua
 Te ſanus tutum prendere lege queat?
 Quadrantem addat aqua, calicem ſumpſiſſe falerni
 Qui cupit, hoc ſumi pocula more iuuat
 Stet intra heminas: nam qui procedere tendit
 Ultra, alacer, ſed mox ebruius, inde furit.
 Res dura hæc nimium, ſunt pendula guttura, dulce
 Tu ſuis. heu facile commoda nulla cadunt?

COMMENTARI I.

- I. **A** STAT ſimulacrum Bacchi vitibus circumſeptum, forma iuuenili, imberbi, nuda, rubea, fronte cornuta, capite hederis redimita, manibus tympanum pulſante.
- II. **N**ON ex vno loco ſumptum eſt hoc Emblemata, multa enim continet, quæ ſparſim alibi leguntur. Nos omnia ſingillarim diligenter aperiemus, ne quid interturbetur. Argumentum uerò epigrammatis tale eſt. Bacchicæ ſtatue præfert *ἰμυθίων* *ὄργανον* per Dialogiſmum, quo demonſtrat
- incommoditates & damna, quæ temulentiam conſequentur: nam ex immodica vini portione ebrietas, ex ebrietate furor, quo nihil vel miſerius, vel exitius uideri, nedum cogitari poteſt. Deinde ſumendi vini legem quandam præſcribit, omnibus uilem, & planè neceſſariam. Bacchus quidem iuuenis effingitur, quod uino hilares homines ſiant, iidemq; annos quaſi iuueniles ſeruent, ſi ſobriè utantur eo Dei munere. Tympanum & cornua eidem Baccho tribuuntur, ad ſtrepitum & furorem indicandum.

candum, qui vinolentiam consequi soleat. Igneus est seu rubeus, ad vini naturam designandam, quod nisi aqua miscetur, non secus atq; ignis præcordia adurit, ebrietatem & furorem inducit. Itaque ad extremum, quot quibusve vini sit videndum mensuris præcipit.

III.

BACCHE pater] Cur Baccho Liberi patris impositum nomen sit, Plutarch. explicat *κεφαλ. βαμαικῶν* libro: quod nimirum bibentibus libertatem ingeneret. Non nulli enim per vinolentiam liberi & feroces efficiuntur: aut quia liba exhibuerit, aut quod ille apud Eleutheras urbem Bœotia, Eleutherius, id est, Liber appellaretur.

Quis te mortali lumine] *Quis* te hominis quando humanis oculis vidit, cum sis Deus? Hæc ad figmentum. Nam nefas olim fuit, Deos fuisse homines putare.

Et docta effinxit] *Quis* te pictor aut statuarius arte sua tam affabre expressit?

Praxiteles,

Praxiteles, qui me, &c.] Id Plinius attigit inter plurima Praxitelis opera laudatissima lib. 34. cap. 8. Oriundus hic celebris artifex ex ea Italia parte, quæ quondam magna Græcia dicebatur, & ob artis excellentiam ciuitate Romana donatus.

Ariadne à Baccho rapta.

Rapientem Gnossida.] Ariadnen intelligit, Minos Cretensium regis filiam, quæ Thesei amore capta, Minotauro necandi occasionem ei præbuit, ea lege, vt se vxorem duceret. Sed eam Theseus in insula Naxo, quæ Baccho sacrata est, somno sepulchram periurus reliquit, cuius misertus Bacchus, eam sibi conubium iunxit, quam in celo raptam, Coronam Gnossiam appellat. Ouid. 8. Metamorph.

Cur iuuenis Bacchus.

Cur iuuenis, &c.] Ouid. 3. Fastorum? *Sine* quid ipse puer sæpè iuuenisq; videris; *Et media est ætas inter utrumque tibi.*

Et in Metamorph.
--- *Tibi enim inconsumpta iuuenta,*
Tu puer æternus, tu formosissimus. ---
Iuuenis ideo effingitur, quod ad iuueniles annos molliter transigendos maximè conferat, si parcius, & vt decet, sumatur: vel quod hilares & lætos faciat. Gyrald. Syn. tag. 7.

Lanugo.

Lanugine vernat Barba] pilis molli- bus, à lanæ similitudine, vt est in malis cotoneis. Martial. lib. 2.
Dum tibi vernarent tenera lanugine mala,
Hinc ager vernans, hoc est, pullulans, floridus, viridis, lætus.

Queas Pylum vii superare senem] Alludit ad Proverbium, *Senem vel nolentè vinum saltare compellit.* Vnde etiam tritum illud: *Vinum facit vetulus leuiter salire,*
Et ditescit pauperem, claudum facit ire,
Mutis dat eloquium, surdisque audire.

Cui conuenit illud ex Athenæo: *Οἶνος ἐξ ἄφρονιότητος ἐστὶ ἀφροσύνην ἀναβαλλει.* id est:

In sanire facit sanos quoq; copia vini.
Huc spectat quod Plato De legib. 1. ait: non solum senem fieri bis puerum, verum etiam temulentum. Per senem Pylum *συνεκδοχικῶς*, senem quemuis sapientem hominem intelligit, qualem Nestorem Homerus celebrat in Iliadè. Quem tamen locum de Bacchi iuuenta non de vi, sed de

Bacchi iuuenta;

ætate & tempore intelligendum esse mihi facile persuadeo (ait Minos) cum Ioan. Fratre, viro sanè docto: mirari enim possit aliquis Bacchum iuuenem semper videri, cum sit ille Nestore annosior. Nã & apud Lucianum Iupiter ridet Cupidinem, qui se puerum esse iactet, cum sit *ἀρχαιότερος πάλυ τῆ ἰαπύτη.* Quam germanam explicationem libens admitto, vt eruditam dignamq; quæ probeatur omnium calculis. Dicitur autem Nestor Pylus senex, à

Nestore

Pylo, oppido in Peloponneso in Mesenia versus occidentem à Neleo condito, vbi regnauit. Ouid. epist. Heroid.

Nos Pylon, antiqui Neleia Nestoris æua,
Misimus, incerta est fama remissa Pylo.

Nestorea senectia.

Porro *Nestorea senectia*, iam in proverbio abiit, de senibus viuacibus. Sed non tot annos vixisse Nestorem, quot vulgò creditus est, facile quis coniecerit ex *Questionibus Porphyrij super Homerum*, cum dixerit, quid sit *γενεά*. Est autem *γενεά*, spatium triginta annorum, id est, partendi ac generandi perfectius spatium, quod annorum triginta periodum conficit. Quo nomine sexagesimum attingens annum, duas videtur implese vitæ *γενεάς*. Si vero vltra pergat, in tertia iam vtriq; censebitur. Quod de Nestore cecinit Homerus:

Parte a quid.

τῷ δ' ἦδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων
ἰσθίασθ', οἱ ἀπόσθεν ἄμα τρεῖς ἦν ἐβίοντο.

ἔν πύλῳ ἠγάθει, μετὰ δὲ τετάρτοις ἐβίοντο. id est:
Huic iam dua quidem ætates mortalium hominum

Deje.

Defecerant, qui cum ipso antem simul nutri-
ti sunt & geniti.

In Pylo diuina, cumq; teriti; regnabat.
Quo in loco Commentator ait: ἰσχυρὸν ὄτε
οἱ παλαῖοι τὰς γενεὰς ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐκείνης
νοῦντα. hoc est: Sciendum est, quod veteres
genas numerabant annorum triginta. Ea-
dem & Censorinus scribit in lib. de die na-
tali & Plutarchus de oraculorum defectu.
Herodotus in Euterpe. Nam tres viro-
rum progenies centum anni sunt. Tertio
quoq; Odyss: reperit Homerus Nestoris
ætatem, Huius opinionis est quoq; Acron
super Horatium, lib. 2. Carm. Ode 9. Nam
quod cecinit Ouid. in 1. 2. Metamorph.

Vixi

Annos hos centū, nunc tertia viuitus aas.
fabulosè potius dixit, quàm historiae veri-
tatem secutus: nam ait in 8. eiusdem ope-
ris, Nestorem primis annis & Tyndaridas,
Pirithoum & Theseum, Peleum & Laerte,
aliosq; complures simul cõiisse, vt aprum
Melagricum occiderent. Atqui Helenam
rapuerat Theseus, quamuis senex pusillā,
authore Plutarcho. Præterea viuere Laer-
tes post reditum Vlyssis, vigesimo post
captam Troiam anno. Deniq; ne pluribus
agam, sic Nestorem ad tertiam etatē per-
uenisse intellige. Prima fuit, quando Her-
cules Pylum oppugnauit. Secunda, quæ in-
ter illud tempus, & Troianam expeditio-
nem intercessit. Tertia, quando pugnabat
in bello Troiano.

Muneribus quandoq; meis &c.] Si so-
briè vino vsus fueris: nam hic parcere, est
εἰσεῖν, non omnio νῆσθαι. Virg. ad finem
1. Æneid.

Mimera, laticiamq; Dei.

Scio ab alijs legi, die, pro dieijs; sed hic ser-
pus me nihil moratur. In appendicibus
Virgilianis:

Compeditibus Venerem, vinclis constringe
Lyaum,

Ne te muneribus le dat uterq; suis.

Junior &c.] Duo præstat vini vsus mo-
deratus, floridam etatem, & vires corporis.

Tympana non manibus] Tympanum
(ait Sanctius) instrumentum erat ex vna
parte membrana clausum, intus vacuum,
quod baculo pulsatur: vt eo solebant in
sacrificio matris Deorum, Huic similitū
esse videtur instrumentum illud, quo Æ-
thiopes nunc vtuntur in nostra Hispania,
præcipuè in locis maritimis. Est quoque

tympanum instrumentum, quo saxa sub-
uehūtur, alio nomine χίτρας, id est, grus.
Sic ille. Tympani descriptio extat apud
Suidam, qui in verbo Τυμπανα, sic scribit:
Indi tubæ loco flagella quaticbant, habe-
bant & tympana horribilem quædam bō-
bum edentia: quæ sic confecta erant. In
abietis (Lipsius palmæ arboris, interpreta-
tur) stipitem ex canarum nolas siue tintin-
nabula ex orichaleo inferebāt, & os dein-
de vasis taurino corio obtegebant, atq; ita
tympanum id in altum ferebant, cõcutie-
bantq; in acie. Tum quæ in eo erant tintin-
nabula. & multa, & magna, atq; intus in o-
perto sonantia, obscurum & inconditum
edebant sonum, mugitui non absimilem.
Fuit ergo tympanum illud infra rotun-
dum, supra planum, atq; ibi corio obdu-
ctum, quod baculis pulsabatur: qualia sunt
hodie equestria nostra tympana (Heerpau-
gen) quanquam etiam ligno cauo ex vtra-
que parte pellem obductam fuisse scribat
Isidorus, id tamen instrumenti genus non
tam tympanum, quàm Symphoniam ap-
pellans. Tympanum luxuriæ instrumen-
tum dicitur à Iustino, lib. 30. Suspicio Bac-
cho tribui tympanum, tanquam hilaritatis
signum notissimum, vel propter strepitū
inconditum, quem edere interdum solent,
qui vino sunt onusti. Plutarchus de Pro-
lemæo Iunior, qui remulentus in palatio,
tympano comploso obambulabat: Graue,
inquit, & calamitosum si Cleomenes op-
poretur otium dissolutum Regis Cybeleij
præsigiatoris, ubi primum illi tympanum
posuerit, & tripudiantium cœtus dimiserit.
Græcè ita: δεινὸν γὰρ εἰ Κλεομένης κἀδύ-
ται μητρὰ γυρτὰ βασιλῆος γολὴν ἀγα-
μίνων, ὅταν πρῶτον ἀπόδηται τὸ τύμ-
πανον, κὲ καταπαύσῃ τὸν θιάσων. Ouid.
4. Metamorph.

Quancunq; ingrederis clamor iuuenilis,
& vna

Feminea voces, impulsaque tympana pal-
mis.

Concinnatq; ara sonant, longq; foramine
bucus.

Capiti non cornua desunt] Ouid. in E-
pist. Sapphus:

Accedant capiti cornua, Bacchus eris.

Nam prius ab Orpheo in Hymnis ἐ-
κίρας, κὲ δινίρας est appellatus. Hoc
loco admonendi mihi sunt Philolo-
gi, Bacchum veteribus κερασφόρον depi-
ctum

Tympa-
num cur
adiunctū
Baccho.

Bacchum
cornutum
qui fuxer-
int.

Tres Ne-
floris ata-
tes.

Tympa-
num.

Etum, id est, cornutum, aut cornigerum; vel quodd primus rationem boum copulandorum ad agriculturam inuenisse credatur: vel quodd eius pater Ammon cornutus colebatur. Plato aliam causam historicam retulit 2. Legum, & post eum Athenæus Dipnosoph. 2. Olim soliti erant in capiendõ poru cornibus vti pro poculis. hinc verbum κέρασας, pro, vinum fundere: & κέρατηρ, quasi κέρατης, quod à nomine κίρας deflexum est. Pompeius Festus ad moralem sententiam accedit, quodd qui temulenti sunt, adeo interdum truces apparent, vt cornua habere videantur, & Scholiastes Horatii ad Odam 19. secundi Carm. ibi, *Te vidit insons Cerberus aureo cornu decorum.*

ait cornua Baccho tribui solita, quia ebrietas arrogantiam & audaciam gignat. Vnde qui bibit plus nimio, si soluat acutæ verbera linguæ, liberior notum ignotumque ferit, & arcana siqua tacenda suscepit, effunt nullo delectu. Cur igitur Bacchus cornutus, deique primo vsu poculorum, qui è cornibus erant, quædam artigimus. Cerrè apud Xenophontem legimus, Græcos non nisi corneis vsos poculis; & Nicandri inter pretes non ignorarunt, cum nondum apud gentes vasa excogitata essent. Noster hic suo more ad mores & Philosophiam referre, quàm ad historiam maluit.

Hoc doceo, nostro quod abusus etc.] Sic Plinius lib. 23. cap. 1. Vino modico nerui iuantur, copiosiore læduntur, sic & oculi, Stomachus recreatur, appetentia ciborũ inuitatur, tristitiæ cura hebetatur, vrina & albor expellitur, somnus conciliatur: Cõtra, si nimius adhibeatur vini vsus, beluina cornua capessimus, & in furorem intolerabilem nonnunquam ruimus. Nõ me fugiebat, vnde vini, τὰ οἴνω, appellationem Plato in Cratylo deduceret, quod etiam supra tetigit, nepe παρά τὸ οἴσεως τὸν νοῦν ἰμπιμπλᾶν, quodd opinione mentem opercat: vel; vt & etymolog. ἀπό τῆς ὀνήσεως, eo quodd iuuat & recreet. Sed ad hanc locum mihi satisfecerit Plutarchi monitũ ex 7. Sympos. Probl. 10. cuius hæc est sententia: Quodd verò summum est, vt in consultatione de rebus arduis imprudens atq; imperitus rerum sequatur prudens ores, hoc vinum ebrius adimit. Ideo enim Plato vino nomen ait impositum esse οἴνος, quodd efficiat, vt qui biberint, sapere se putent,

Cornis
vsi pocu-
lis veteres.

Oīnos vn
de dicatur.

ὁ ἰσθαυτοῦν ἔχει. Vini effecta quædam adduximus, cum superiore commentatione adiungo. Menandri celebratur illud: ὁ πολὺς ἀκρατος μὴ ἀναγκάζει ἐργεῖν. Immoderatum merũ nos parum sapere cogit. Plato 2. legum, censet optimum fore, si quemadmodum Carthaginenses olim, miles in castris nunquam vinum gustet, sed toto expeditionis tempore aquam bibat: setuis nunquam permittatur: magistratus abstemii fiant, quamdiu munere publico funguntur: iudices, iique, qui rebus præsunt publicis, vinum omnino non attingant, quo tempore causis & negotiis vacent. Ex Eripho Comico citantur hæc,

Ἄλγος γὰρ ἴσ' ἀρχαῖος, οὐ κακὸς ἔχων.
Οἶνον λίγουσι τοὺς γέροντας, ὦ πατέρ,
Πείθειν χερσὶν οὐ βίλοντας.
Inuit, iuxta vetus verbum, cerè verum, tantam esse vini vim, vt senes vel nolentes saltare faciat.

Sumit cornua.] in effusam prolabitur Cornua. audaciam. Ouid. 1. Artis:

--- tunc pauper cornua sumit,
& 4. Trist.
Iam feror in pugnas, & nondum cornua sumpsi;

Nec mihi sumendi causa sit vlla, velim.
Idem 3. Amor eleg. 10. quo loco significat se respuisse, & ad amoris laqueis extricasse se, ait:

Venerunt capiti cornua fera meo.
Plato Dialogo De impositione nominum, οἶνον dictum vult, quasi οἴονον, nepe διὰ τὸ οἴσεως ἡμᾶς ἰμπιμπλᾶν, quodd Horatius 1. Carm. videtur circumlocutione expressisse:

--- saua tene cum Berecyntis
Cornu tympana, qua subsequitur cacus amor sui,

Attollēs vacuũ plus nimio gloria vertice m;
Addis cornua pauperi.

Ouid. 4. Fastorum:
Mitto pater caput huc, placataq; cornua
vertas.

Cornua pro audacia Phornutus accipit, quodd vinum audacia reddat. Vnde sumere cornua, pro insolenter se gerere, & arrogantem se præbere, præter alios Amm. Marcellinus vsurpauit initio lib. 20. vbi de Lupicino, quem Iulianus miserat ad Britannos tumultuantes: Supercilia erigetem vt cornua, inquit, & c. Athenæus lib. 13. οἶνος κατιέντος εἰς τὸ σῶμα, ἵπανα πλῆει κακά

Quibus
vinum
prohibi-
tum.

Etym.

Etym
vnde d-
sum.

Bacchi
nada.

Bacchi
ignat.

Sumere
cornua.

καὶ ἔπειτα καὶ τὰ μαινόμενα: Vino in corpore descendente, ascendunt verba improba & furiosa.

Sistrum.

Mollia sistra.] Ebrui ad musicam, vt asinus ad lyram. Sistro dulci & sonoro instrumento in sacris Ididis utebantur veteres. Martial.

Hac quatiet tenera garrula sistra manu.

Quid. de morte Tibulli:

Quid nos sacra iuuant, quid nunc Aegyptia profunt

Sistra? --

De Sistro, Pierium Hieroglyph. 48. diligenter euolue. Instrumentum hoc æneū fuit, curuum ad lebetis formam, vt Plutarch. commentario de Idide retulit: circum erat parua quædam cymbala seu tintinnabula, & in eius parte superiore sculpra erat felis humana facie: in ima verò, figura Ididis & Nephthys. Est autem sistrum Græca dictio, σείσον, à σείω, quantio, crepitaculum significans, vt ait magnus Etymologicus. Dicitur & σήσον, per η. Mollia sistra, dixit, non tam ob id, quòd sistra sint re ipsa mollia, quàm quòd homines reddant molles & effeminatos.

Sistrum unde dictum.

Bacchus nudus.

Quid vult ille color membris, &c.] Nuda fiebant Bacchi simulacra, inquit Phornutus, vt naturam vini ostenderent, quod a cana detegat. Horat. 1. epist.

Quid non ebrietas designat aperta recludit. Qua de causa non immeritò vinum dicitur dulce tormentum, quod potentius quam vllus equuleus aut fidei culæ secreta extorquet. Vnde

Roges dicuntur multis vrgere culu'lis.

Et torquere vero, quem prospexisse laborant.

Rubedo autem colorem satis indicat, hinc que cognomen Ignigenæ habuit. Strabo lib. 13. Habet enim vinum (vt refert ex Eratosthene Suidas) æquale cum igne robur: vbi hominem subierit, conturbat eū, eeu Libycum mare Aquilo vel Auster; vnde quoq; prodit ea, quæ latent in mentis recessu, & vitorum animum in vniuersum conuertit. id est: οἶνος τοι παρ' ἴσον ἔχει μένος. εὐθ' ἂν ἰς ἀνδρα ἔλθῃ κυμαίνει δ' ἰοῖα λιβύεσσαν ἄλα βορῆς, καὶ νότος. τὰ δ' εὖ καὶ κερρυμένα φάει. βυσσοθὶν ἰκθὺς ἀνδρῶν πάντ' ἰτίνα ξερόον.

Cum Semeles de ventre parens etcat.]

Hunc verficulum cuius tribus sequentibus ex lib. 1. Epigr. Græcorum excerpit Alcianus, tit. εἰς οἶνον, Tetrastichon Græcum Me-

leagri sic se habet:

Αἰνύμφοι τὸν Βάκχον ὅτ' ἐκ πυρὸς ἤλαθ' ὁ κοῦρος

Νήσαν, ὅτι τὸ φῶς ἀρτι κυλιόμενον. Τούνεκα σὺν νύμφαις βρόμιος φίλος. ἢν δ' ἔτιν ἔργος

Μίσησθα, δὲ πῦρ ἔτι καυόμενον.

Bacchus vt è flammis puer exiisset, in undis

Tinxerunt Nympha sordidum adhuc cinere,

Hinc iunctus Nymphis est Bacchus gratus: at ignem

Ardentem capies, hunc nisi miscueris.

Id Claudius Minos ita olim conabatur reddere:

Nymphæ Bacchum, cūm ex igne profiliit infans:

Abluerunt, in cinere nuper volutatum.

Ideo cum Nymphis Bromius suauis: si verò ipsum prohibeas

Misceri, capies ignem vtiq; ardentem.

Profiliit rapido cū Bacchus ab igne puellus,

Est Nymphis lotus puluerulentus adhuc.

Cum Nymphis ideo gratus fit Bacchus: at illum

Ni m secrete suas, igneus ardor erit.

Bacchi natiuitatem & res gestas vide apud Homerum in hymnis Bacchi, & apud Ouidium in sine 3. Metamorph. Extant & Orphei hymni in eundem. Fabula sic narratur: Iupiter captus amore Semeles, filia regis Thebarum, eam grauidam reddidit; quare Iuno irata, vt eam de medio rolleret, formam vetulæ asumpsit, eius nutricis, ad eamq; accedens persuasit, vt experiretur, an Iupiter verè & ex animo illam amaret: idq; hoc modo, ab eo aliquid magni petendo, nempe velit talis & tantus secum concumbere, qualis & quantus cum Iunone coniuge sua consueuisset. Semele igitur experiri volens (vt sunt mulieres illius rei, præsertim nouæ, cupidissimæ) summo perè petij. Iupiter autem Semele iurauerat, se quidquid ab eo peteret daturum; ideoque vt iusurandum seruaret, illam flagranti fulmine occidit adhuc prægnantem: infantulum autem nondum maturum partui, ex ventre eius sumens, femori suo imposuit, ac tam diu fouit, donec menses maternos completeret. Ouidij versus de ortu Bacchi hi sunt:

Imperfectus adhuc infans genitricis ab aluo eripitur, patriq; tener (si credere dignum est)

Insistit

Bacchus

cur nymphis temperadi.

Bacchi

natiuitate.

Insuper femori, maternaq; tempora cōplet. Pomponius Mela libro de situ orbis 3. cap. 7. de India sic ait: Urbium, quas incolunt, Nyfa est clarissima & maxima, montium Meros Ioui facer: samam hinc præcipuam habent, quod in illa genitum in huius specu liberum arbitrantur esse nutritum. Vnde Græcis autoribus, vt femori Iouis infutum dicerent, aut materia ingessit, aut error. Sic ille. *μῆρος* autem, id est *meros*, coxam seu femur significat: hinc dictus est Bacchus à Poetis Dithyrambus, *παρὰ τὸ δύο θύρας εἶναι*, id est, quod duobus ianuis exierit: hoc est, vterro Semeles, & Iouis femore, Quamuis alij Dithyrambum dictum existiment, quasi Lythirambum, vt est apud Pindarum, quod Iupiter illum assuisset femori, ac mox eo in lucem prodituro, inelamasset: *λὺθε ῥάμματα, λὺθε ῥάμματα*, ac si dicat: *Solue futuram, solue futuram*. Vel quod secreta promēs os dithyron faciat; nam eidem loquacitatis ratione picam sacram esse prodidere. Plinius eadem ferè, quæ & Pomponius narrat, lib. 6. cap. 21. Nec non, inquit, & Nyfam urbem pleriq; Indiæ asseribunt, montemque Merum Libero patri factū, vnde origo fabulæ Iouis femine editum. Hæc Plinius, Phornutus autem in lib. de Nat. Deorum sic inquit: Infusus est femori Iouis, vt partus immaturus. ad maturitatem & perfectionem veniret. Quod vinum pedibus (qui per femora significantur) calcatum ad perfectionem festinet. Prima enim botrorum digestio & concoctio non est vsui idonea: vbi autem pedibus calcati fuerint, promanat vinum, & perfectionem accipere incipit. Prima vini concoctio fit tēporis ratione per calorem radiorū Solis feruente cōtu. Secunda fit pedum ministerio per calcationem, qua vinum è bottris elicetur, & exprimitur, quasi id necessario femorum vi cōtingat. Hactenus Phornutus. Afferam, si commodè possim, quæ Philo Iudæus habet, lib. Quod omnis probus liber, de Theodoro & Lysimachō loquēs: Cūm, ait, Lysimachus præterea rogasset, num & è patria fugatus esset propter suorum inuidiam ciuium: respōdisse Nequaquam, sed propter excellentiam ingenij, quod patria minimè capiebat. Sicut enim Semele Baccho grauida cum nō poruisset perferre vterum, Iupiter eam miseratus, abortiuium ambussit, & inter Deos retulit:

Meros mons.

Bacchus cur Dithyrambus dictus.

ἰπὶ μύθῳ οὖν φησι καὶ de ortu Bacchi.

sic cūm patria mea minor esset, quā vt caperet Philosophum, bonus quispiam, siue Deus, siue Genius, Athenas, in locum fortunatiorem commodiorēq; me transfudit, & cæc. Porro Bacchi nutrices, vires intelliguntur, quas Lycurgus pepulit per montem Nyseron: quia consuetudo fuit asseruandi vini causā admiscere marinam aquam. Idem videtur sentire Athenæus Dipnosophist. 11. cap. 3. quo loco rationem reddit, cur Nymphæ dicantur Bacchi nutrices, nēpē quòd aqua immista vinū augeat, & temperet. Prisci autem illi Ioui duas nutrices, Junoni vnā, Apollini duas, Baccho plures attribuerūt, quòd oporteat hunc Deum pluribus nutriticum Nympharum mensuram mansuefactum esse ac domitum. Referam huc lepidum Cælij Rhodigini Epigramma, quod, ni fallor, è Græco confinxit:

Bacchi nutrices.

Ardentis Semeles audēs puer excidit alio, Ardebatq; vno mater & ille rogo. Et spes nulla sup misera succurere matri. At puer in flāmīs non tamē vltus erat; Ogygis occurrit, sed non prius attigit illum. Succubuit multa quā Iouis ignis aqua. Ignis abijt, sed non abijt vis ignea prorsus. Quiq; cuti summa parcit, in ima furit. Nympha igitur procul: O puerum ne tangito, clamat, Quisquis es, ignis enim est, ni prius imbre laues.

Hinc sapit hic, liquidis &c.] Quod etiam adinonebat Plato, Bacchium temulentum Deum sobrijs Nymphis temperandū esse, id est, vinum aqua miscendum. Huc facit illud Plutarch. disputatione, An seniregenda Respub. Aquam mero miscemus, quo Deū furentem (vt cum Platone istuc) sobrio altero castigatum temperemus. *ὁ δὲ θεὸν πλάτων ἐπὶ τῷ μινυμίνε σφῆς ἰσθρ ἀκράτη, καὶ κινόμενον θεῶν ἐπίρω θεῶν νήφοντι σωφροσι ζῆσαι κολαζίμαρον.* Idē de Philosophis, qui non minus literatis sermonibus cōdiune apparatū conuuij, quā vinum aqua diffusa diluit, *ὅτι ἢ ἢ ἢ ἢ τὰς μέσας τὸν Διδυσον ἢ τὰς Νύμφας κερῆνυντες: nō minus Bacchū Musis, quā Nymphis permiscentes.* Huc pertinent Cnemonis verba ad Nauficlem, lib. 5. Ethiop. hist. apud Heliodor. *καί μοι δοκῆς ἢ τῷ δαιμονίῳ μάλιστα συνήναι, τὸν Ἑρμῆν τῷ Διονύσῳ συγκαθιδρύσαν, ἢ λόγων ἡδύσμα τῷ πότην τυναχίαν.*

Aqua tēperādum vinum.

Vinum tēperādum dat.

ναυαχών. Vidētis mibi sacra rei tenere
optime rationem, qui cōiungis Baccho Mer-
curium, & orationis condimentum poculis
admixces. Eiusdem lege quæstionem pri-
mam Sympol. 3. Huc facit illud Ancinoi,
ni fallor, apud Homerum Odysl. φ.

οἶνος σε τρώει μελιιδής, ὅς τε οὐ αἶδυσ
βλάπτει, ὅς ἄν μιν χανδόνε' λη, μὴ δ' αἰ-
σιμα πίνῃ.

Vinum ledit dulce, quod & alios
Ledit, quicumq; ipsum abundanter capit,
neq; decenter bibit.

At quæ causa incusandi vini, si quis dam-
num inde cōsequatur: ε γὰρ οἶνος ταῦτα,
εἰ δὲ ὁ δίουσος ποιεῖ, τὸ δ' ἄμετρον τῆς
πίσεως, καὶ τὸ πέρα τῆ καλῶς ἔχοντος
ἔμφορεῖσθαι τῷ ἀκράτῃ. ὅς δ' ἔμμετρα
πίνῃ, ἰλαράτερος μὲν, καὶ ἡδίων γένοιτ'
αἶ, id est: Non enim vinum hoc, neq; Bac-
chus facit, sed immoderatus potus, & ultra
quàm docet, & satis est. Ceterum si quis
moderatè bibat, hilarior quidem & incu-
dius fieri solet. Theocritus Eidylio 13. à
Baccho dari hominibus latitiam & dolo-
rem ait:

οἶα διάνωτος δῶν' ἀνδράσι χέριμα καὶ
ἄχθος.

Apud Euiipidem Bacchi verba sunt inte-
ritum minitantis Pentheo, à quo se cōtem-
ni fenserat: Agnosce Diomysium filium Io-
nis, qui si eius auctoritatem spectes, Deus
est vehementissimus; idemq; hominibus mi-
rissimus. id est: γνώσεσθαι δὲ τὸν Διὸς Διο-
μυσον, ὅς πῖφου κεν ἰν δῖλει θεδὲ δεινὸτα-
τος, ἀνθρώποισι δ' ἡπιώτατος. quod di-
ctum est pro moribus vitentium: qui enim
sapiunt, eo moderatè vtuntur: qui secus,
furorem Bacchi suo non leui malo expe-
riuntur. Et id explicant duo verba, χάρμα
καὶ ἄχθος, ex versu Theocriti à nobis ad-
ducto: quorum prior à Marone vis expli-
catur ad finem 1. Æneid. vbi dicitur, Le-
iiti a Bacchus dator. vt Hesiod. 2. Operum:
δῶρα Διουύσου πολυνηθῖος. Horatius,
Ode 14. 2.

--- mero
Tinge pavimentum superbo
Pontificum potiore canis.

Tristi autem homini & mœsto Plautus
bibendum monet, vt bilem diluat. Et M.
Tullius 3. disput. Tusc. Calicem mulsu in-
uisendum esse dicit nescio cui, vt plorare
detmat: hæc quidem de altero verbo χάρ-
μα; alterum verò, ἄχθος nempe, dicitur

de anxietate animi, deq; mœstitia. Est enim
compertum, eos qui meraco vtuntur, fieri
melancholicos & obliuiosos, atque inter-
dum furiosos. Virgil.

Bacchus & ad culpam causas dedit: ille
furentes

Cetauros leibo domuit, Rhatūq; Pholumq;
Et magno Hylaiū Labyrinthi cratere minaitē.
Ponticus Heraclides lib. De allegorijs Ho-
mericis, id perspicuè docuit, citans illud
ex Iliad. ζ' ὡς ποτὶ μαινομένοιο Διωνύσοιο
τιθῆναι, &c. ait enim Bacchum seu Diony-
sium μαινόμενον appellatum à Poeta, id
est, insanum & furentem, quòd nimio vi-
no infani homines fiant. Hinc veteres me-
rum non sine noxa biberunt, donec Sta-
phylius Sirēni filius docuisset vini di-
luendi rationem. Ceterum quòd vinum
linguam impediatur, balbutimq; inducat,
Romæ olim Mercurio non vino, sed lacte
sacrificabatur: quo volēbant intelligere,
facundia quasi lacteam minimeq; impe-
ditam dulcedinem; quòd ipsum non vbi-
uis, sed in vico, quem Sobrium nuncupa-
bant, fieri soleme fuit. Verum quia de
vini varijs effectibus sermo incidit, non
puto me lectori grauem futurū, si plerosq;
in fasciculum collectos huc afferam, idq;
ex veneranda antiquitatis monumentis
traducto carmine, quod forsitan Pacuij
abauus parenti suo (bonæ memoriæ) com-
positum ad seram posteritatem transmi-
sit; quòd sic se habet:

Bis sex credatis species sunt ebrietatis. Ebrietatis
Ebrius est primus sapiens: est alter optimus: tis species
Ternus grande vorat: quartus sua crimina
plorat:

Quintus luxuriat: sextusq; ꝑ omnia iurat:
Septimus accendit: his quartus singula
vendit:

Nonus nil celat, qđ hēt sub corde reuelat:
Sōnia denus amat: undenus turpia clamat:
Et cum sit plenus vomitum facit duodenus.
Da liget der Haas im pfeffer. Im auskeren
sindt mans.

Torret ab igne iecur] Horat. 4. Carmf
Comessabere maximo,
Si torrere iecur quaris idoneum.

Idemq;
---- merru
Feruens difficulti bile tumet iecur.

Vide Athenæum 10. Diaprosophist. cap. 9.
Plin. lib. 14. c. 15. De Alexandri vinolentia.
Sed nunc me doceat, &c.] Non far fuit
K ofter-

Vinum la-
titiam &
dolorem
dat.

Varij esse
vini.

Vino quomodo vrendum.

ostendisse incommoda, & agritudines, nisi remedia quaedam adhibeantur. Præceptum itaque est de vino temperatè sumendo, nimirum vt quarta pars aquæ semper immisceatur. Quod tamen præceptum pro ratione locorum, temporum & personarum ad *ἰσιέεικται* reuocandum est. Prouerb. *Episcythizarc.* Athenæus 10. cap. 8. & lib. 15. cap. 15.

Quadrās

Quadrās autem addat aqua &c.] Quadrans est tertia pars assis; sumitur pro vase, quod tres cyathos contineat. Si vis (inquit) sumere calicem vini meri, adde illi tres aquæ partes. Calicem autem pro cyatho posuit. Cyathus autem idem est, quod vncia: sicq; constabit sensus iuxta Hesiodi præceptum, quo ad frugalitatem adhortatur homines, lib. 2. Georg.

Cyathus.

Κρήνης τ' ἀέναι καὶ ἀπορρῦτου ἢ τ' ἀδόλωτος

Τρὶς ὕδατος προσχέειν, τὸ δὲ τίταρτον ἴσμεν οἶνον. id est:

Fœtibz ex liquidis semperq; fluu'tibus adde Tres lymphæ partes, vini non amplius unâ. Hunc miscendi modum non attigit Chiliadum autor, in Prouerbio, *Bibe quinq; aut tres, aut no quater.* quem vide. Neque Cælius Rhodig. lib. 28. cap. 39. quamuis multa vterq; de vini symphonijs ad aquâ doctissimè disputauerint. Est & epigramma Græcum Hesiodicæ sententiæ conueniens, incerti autoris:

Vinum vt miscendum.

Βάκχῃ μίτρον ἄριστον, ὃ μὴ πολὺ, μὴ δ' ἰλάρισον.

Ἰσὶ γὰρ ἢ λύπης ἀτίος, ἢ μανίης.

Χαίρει κρινόμενος τρισὶ νόμοις τίταρτος αὐτός,

ἦμος καὶ θαλαμοῖς ἰσὶν ἰτοιμότατος. εἰδὲ πολὺς πνεύσειν, ἀπίραπῶα μὲν ἔρωτας,

βαπῖσεται δ' ὕπνω γείτοσι τ' θανάτῳ. id est:

Nec minor esto modus Bacchi, nec largior, aquo:

Hinc mæror mentes occupat, inde furor.

Quartus tres secum Nymphas admittere gaudet:

Sic thalamis aptus, coniugicq; venit.

Namq; solet teneros contemnere multas amores,

Et somnum morti conciliare parem.

Vini mensura optima, quæ non nimia, neque minima:

Est enim doloris causa, vel infania,

Gaudet admixtus tribus Nymphis quartus ipse;

Tunc enim thalamis (id est, iugalibus amoribus) promptissimus.

At si multus spiret, euectet quidè amores, Mergeturq; somno vicino morti.

Nec nimio, sed nec minimo vino utere prudens:

Inde dolor venit, hinc causa furoris erit. Gaudet enim Nymphis mixtus tribus esse

Lycus,

Delicijs thalami qua ratione placet.

Immodicus si sit, teneros exoluet amores,

Vt fiat morti par grauis inde sopor.

Sic autem vertit Virgilius:

Sumere nec nimium Bacchi valet optimus vsus,

Nec minimum: hinc mæror provenit, inde furor.

Quartus & ipse tribus Nymphis miscerier optat,

Tunc quoq; sic thalamis conuenit ille magis.

Sin nimius spiret, placidos auerit amores,

Atq; sopor morti proximus inde venit.

Huc facit illud Basilij: Nullus ex aquæ potu crapulam sensit, nullius vnquam caput doluit aqua grauatam, nullius aquæ potor alienis pedibus indignit, nullius pedes ligati sunt, nullius reddita inuites manus aqua irrigata. Sed hæc omnia tanti non sunt potatoribus, vt propterea hydro-

potæ esse velint: quin potius exclamant, a-

quam circumagendis rotis molè dinarum esse natam, & vehèdis nauibus, non vi sitim

pota tollat: sicut Cyclops etiam indignabundus exclamat: ἀπόλεσας τὸν οἶνον ἐπὶ

χίλιας ὕδαρ. Et alius: *Ἀπαγέσις, βατράχοις οἰνοχοῆν σε δὲ,* ad eum, qui plusculum aquæ miscuerat vino. At non recordantur

stolidi isti, primæuos in mundo homines ante diluuium præter aquam nihil aliud

bibisse, & ad extremam senectutem sanos & robustos degisse. Hac ego puto ratione

tigrides Bacchi curru iunctas à veteribus, vt indicarent moderatum vini vsum fu-

rentis animi fœuitiam cohibere. Habet autem ille sodalitiū & satellitiū tale:

Ἰνὸν φέρει, τίγρεις, Βακχῆ, Σατύρι; sequuntur:

In vino feritas, iurgia, probra, Venus.

Sic enim Zeno Citicicus hilar or in conui-

uio factus, quàm vt eius natura ferret, se-

uera illa quidem & Philosophica, eius rei causam quærentibus dixit, lupinum quau-

quam

Aque v. sus.

Hemina.

Celis Magni

Celis

quam amarum, aq̄ta tamen moderatum dulcescere. Primus Psammeticus, rex Aegyptius, mensis vinum adhibuit, sed certa mensura.

Hemina. Siet citra heminas] Η μίην, dimidium sextarii significat. De qua ita Priscianus, siue Q. Rhemnius Palæmon :

At cotylas quas, si placeat, dixisse licebit
Heminas: recipit geminas sextarius unus.
Qui quater assumpsit sit Graio nomine
Chenix.

Significat autem vltra mediocres mensuras nihil adijciendum, vel sobrijs mēsuris vtedūm. Neq; enim Græcorum veterum, bibacitate insignium, aut Germanorum nostri huius temporis consuetudo probanda, qui inter conuiuandum potando ceterent.

Caroli Magni sobrietas.

Caroli Magni lege olim vetuit, ne quis aliam ad bibendum prouocaret, ebriumq; in exercitu aquam in posterum portare cōpult; ipse temperantiæ pulcherrimum exemplū existens, cibi potusq; parcissimus.

Atq; etiam Sparta mos est laudabilis ille,
Vt bibat arbitrio pocula quisq; suo.

At nunc alia lex, imò consuetudo illaudabilis viget, quæ sic habet: ἢ πίνε, ἢ ἀπίε. Sauff, oder entlauff. ò tempora? Quis verò Scythia aut Thrax immaniores leges prescriberet? Sed hoc parum est, nisi dicat: Aut bibe, aut hunc cantharum, quātus est, in caput impingam tuum, & ita non ratò ex cōporatione sit monomachia: sic enim affluenti (seu maui, à sue facti) sunt. Domitius Nerōnis pater, omni parte vitæ detestabilis, documentum furoris sui etiam hac in re edidit, occiso Liberio suo, honesto viro, quod potare quantum iubebatur, recusaret. Alexander Macedo Promachū bibacissimum hominem, in vini certamine victorem, talenti corona donauit, tribus tantum postea superstitem diebus: ipse rex ad duos choas, seu duodecim sextarios (ò regiam & egregiam laudem?) processit; cæteri cuncti, vnius & quadraginta, effusis viscēribus propemodum spectante rege crepuerunt, & potando spiritum erustauerunt. Sed placet Eubuli Comici, quæ citat Athenæus, legem coniualem huc apponere. Loquitur autem Bacchus vt

Cyathi Bacchi.

σὺ μοι ποσιδάρχης.
Τρεῖς γὰρ μόνους κρατῆρας ἰν κεραννύω
Τοῖς ἐν φρονύσιν. Τὸν μὲν ὑγιείας ἔνα.
Ὁν πρῶτον ἰκπίνεσι. τὸν δὲ δεύτερον
Ἐρῶτος, ἡδονῆς τε. τὴν τρίτον δ' ὑπνε.

Ὁ εἰσιόντες οἱ σοφοὶ κελημίνοι
Οἷα δὲ βαδί ζεσιν. ὁ δὲ τρίτατος ἐκ ἔτε
ἡμίτερος ἰς ἀλλ' ὕβρεως. ὁ δὲ πρῶτος
βοῆς.

Ἐκτος δὲ κώμων. ἑβδομος ὑπαπίων.
Ὁ γδοος δὲ κλήτορος. ὁ δὲ ἔννατος γολῆς.
Δίκατος δὲ μαρίας. ὅτε καὶ βάλειν
ποιεῖν.

πολὺς γὰρ εἰς ἐν μικρὸν ἀγγεῖον χυθεῖς
ἔστω κελίσει ῥᾶσα τοῦς πεποικότας.

Quos versus sic vertit Ferdinandus Sanctius, Francisci frater, & laborum comes iucundissimus:

Tres namq; solos bibere crateres meri
Suadeo discretis; sanitatis misceo
Primum: secundum verò amoris ac ioci:
Dulcia saporis dona præbet tertius;
Quem perbibentes, sobrii si dici auent,
In lecta gressus dirigant. Quartus tamen
Omnino non meus est, quia est iniuriæ:
Quintus refert clamorè: at ebrui arguit
Sextus: lacessit septimus: lites mouet
Octauus: ira nonus est: decimus furit,
Et tela torquet; nūq; parui in vasculum
Effusa vini copia euerit virum.

Permulti è veteribus vino in totum abstinuerunt, sed in primis sacerdotes Aegyptij, qui ijdem reges fuerunt: reperio tamen vlos fuisse vino in Deorum cæremonijs, vt tradit Hecateus, non rem quidem gratam Dijs cœlestibus oblaturi, sed gigantum cruorem, qui in Deos pugnaissent, propinaturi: sibi enim persuaserant, vitem ex fuso in terram gigantum sanguine primum pullulasse; vnde & amentiam, & furorem inesse vino credebant.

Vltra alacer, mox ebrus, inde furit] Gallis veteribus non ebrietas, modò sed ebrietatis comes rixa & concertatio à Placone, alijsq; quibusdam notatur. In cuius culpæ societatem Germani nostri à Cornelio Tacito vocantur, patriq; & vinolentiæ, & contentionis appellantur nomine; sic enim ille: Aduersus licim non eadem temperantia; diem noctemq; continuare potando nulli probum. Si indulseris ebrietati, suggerendo quantum concupiscunt, haud minus facile vitij quam armis vincuntur. Crebræ, vt inter vinolentos, rixæ; ratò conuitijs, sæpius cæde & vulneribus transiguntur. Hæc Tacitus. Memini legere me apud Firmicum Maternum, auctorem non postremi nominis, libello quo Paغانorum errores conuellit: Lycurgum
K 2 Thra-

Germani à Tacito taxati.

Thraciam ideo vires excidi iussisse, quia vinum in Thracia insaniam furoremque pararet; quod pertinere puto initium Odes lib. 1. Carm. Horat.

*Natis in usum latitia scyphis
Pugnare, Thracum est, tollite barbarum
Morem, verecundumq; Bacchum
Sanguineis prohibete vixis.*

*Ebrietatis
sugilla
tio à puero
facta.*

Qua ratione etiam Astyages apud Xenophontem, cum Cyrum rogasset, quam ob causam à vino abstinuisset inter conuiuandum: quia metuerem, inquit, ne in craterem mixta venena essent; cum enim tu ad natalitia amicos adsciuisi, facile obseruati venena mero mixta. Sed quo tandem modo, inquit ille? Videbam enim vos, ait, neque mentis neque corporis esse compotes. Primum, quæ nos pueri facere prohibemur, hæc vos faciebatis: Omnes enim clamabatis simul dicebatisq; inuicem nihil, canebatis magno cum ridiculo, & cum canentem non audiretis, iurabatis optimè eum canere. Et quisq; vestrum cum de suis viribus loqueretur, mox saltaturi surgebatis, cum non modò ad numerum saltare, sed ne ingredi quidem possentis, eratisque omnino oblit, & tu quod rex esses, & alij quod ipsi imperares. Ebrietas nimirum est illa Circe, homines in asinos, porcos, canes, & leones conuertens. Quid enim similitus cani, sui, deniq; insano & furibundo homini, quàm ebrius? Qua de re audiamus miros Diaboli lusus, imò Tragicomediam quandam, quam quia neque protritam, neque vulgo notam existimo, agere recenseamus. Auctor est Timæus, fuisse Agrigenti domum quandam, cognomento τριψην, id est Trivemem, euentu tali: Adolescentes aliquot illic conuenientes, conuiuium hilarius agitabant; mox, uti assolet, cum incaluisent vehementius, ita decussi mente sunt, atq; externati, ut in tritremi se opinarentur constitutos, mariq; altius exundante hiemem ingruere atrocem. Proinde velut naufragium veriti, egressis quæ intus essent nauigium facturi lenius, vasa omnia, & quidquid vino feruidis primum occurrebat, in viam, cum in mare festinantius iactare adorti sunt, accurrentibus hinc inde, qui projecta diriperent. Insequenti die, ubi affuit magistratus, factum istud coarguens, cum illi necdum satis edormissent, respondere, se mortis metu præoptasse quæ in nauis essent disperdere, quam fluctibus

*Insana
ebrietatis
historia.*

deurari. Admirantibus mentis stuporem vniuersis, qui inter eos videbatur natu gravior: Ego, o viri Tritones, inquit, præ formidine infra thalamos me coniciens in imo iacui. Cumq; amplius delirare animaduertentur, dimituntur ab ignoscente magistratu, commoniti grauius, cauerent in posterum inuitationem eiusmodi brutalem. At illi gratias agentes: Si, inquit, seruati ex tam procellosis vndis portum fuerimus assecuti, inter marinos Deos vobis, ut seruatoribus, in patria statuas erigemus. Hinc non frustra dicit Salomon, ebrium similem esse dormienti in medio mari. Ebrietatis scædam ac deformem facientem ita suis coloribus depinxit D. Augustinus: Est blandus dæmon ebrietas, dulce venenum, suaue peccatum; quam qui in se habet, se non habet; quam qui facit, non facit peccatum, sed totus est peccatum. Et alius bellè, *μὴ θυ εἶναι μὴ πρόποδιν τῶν κακῶν*, hinc enim ceu coloniæ omnium flagitiorum deducuntur. Audiamus Lucretianam, vel illam potius expressam effigiem ebrij contemplerur:

*--- Hominem vini vis eum penetravit
Acri, & in venas discessit diuitius ardor,
Cõsequitur grauitas mēbrorū, præduntur
Crura vacillanti, tar descendit lingua, madet
mens,
Nant oculi; clamor, singultus, iurgia gli-
scent.*

Isoocrates, ad Dæmonicum aiebat: Cum mens à vino opprimitur, idem facit quod currus, qui suos agitadores amiserunt. Seu vt alius dicit:

*Fersur equis auriga, nec audit currus ha-
benas.*

Pistacus olim volebat facinus ebrij duplici poena puniendum esse, tum quod fuerit ebrius, tum quod ex ebrietate facinus admiserit. Mitius nostri ICti, qui damnum ab ebrio datum non aliter estimandum censent, ac si quadrupes id fecisset. I. sed & si §. 1. ff. ad l. Aquil. Aut casu aliquo absq; facto personæ contigisset. I. vlt. in ff. de administ. tut. quod pluribus disputat Ferdinandus Vasquius lib. 3. Illustr. controuers. cap. 96. num. 31. Iulius Clarus lib. 5. Sentent. §. fin. vers. Præterea quæro. Antonius Gomezius lib. 3. Variar. resol. cap. 1. num. 73. Didacus Couarruias in Clem. si furiosus, de homic. part. 3. num. 3. & 4. Iacobus Menochius de arbit. Indic. lib. 1. cent.

*Ebrietatis
ima-
go.*

*Thraci
horat.
Thrac
Lycurg
tum ju-
tati.*

cent. 4. casu 326. ad quos lectorem huius cupidum ablegatum volo. Historiarum monumentis proditum accepimus, Cleomenem Spartanum apud Scythas vino in insaniam versum, quod cum eis voluisset contendere largiore vini portione. Huc referrem proverbum, *Nemo cantat sobrius*, nisi esset omnium in ore, vimque eius tenerent vel mediocriter eruditi. Certè ut quæ supra sunt à me adnotata, hoc qualicumq; auctario locupletem, reperio Thracibus in more positum fuisse in conuiujs præhæri, sequè inuicem vulneribus deformate, teste Marcellio Amm. *Quæ* verò adduximus de Thrace Lycurgo, lumen capient ab Epigrammatario Græco anonymo: cuius hoc carmen ex lib. 1. ἀνδολογίας.

Thraciū mos barbarus. Thrax Lycurgus vitem secuit.

τίς ποτ' ἀκηδέως δεινοτρόφον ὄμφακα βάλειν
 ἀνήρ ἀμπελίνα κλήματος ἱξίταμεν.
 χεῖλα δὲ συρθεῖς χαμάδις βάλεν, ὡς ἀνδρίταις
 ἐν νυσομένοις ἡμιδαῖς σκύβαλον,
 εἴν εἰ δίουσος ἀνάσσιος οἶα λυκέρρω,
 ἔπει μιν ἀυξομένην ἔσβεσεν εὐφροσύναν.

τοῦ δε γὰρ ἀντάχα τίς διὰ πόματος, ἢ πρὸς δοιδῶς ἤλυθεν. ἢ γοεροῦ κύθεος ἔσχε λύσιν.
 Quærit poeta, qua ratione quis adeo inconsideratè uiam vini altricem immaturam Bacchi ex vitis palmite absciderit: labra autem constrictus (sic enim quæ sunt immatura, sunt eadem acerba, proudeque labra hebetant, & constringunt) humi proiecit, adeo ut esset viatoribus semicomestum putamen. Imprecatur itaq; illi Dionysium hostem, sicuti olim fuit Lycurgo, quæ ipsam crescentem extinxerit lætitiâ (is est Lycurgus Thrax, qui quædã vitis abscindi curasset, dicitur à Baccho hostili odio persecutus, ut est apud Hyginum:) Nam hunc fortè per potum aut ad cantum venisset, aut curæ luctuose solationem habuisset. Si quis carmine idem malit, huc appono:

Quis temerè hanc quam tenero de corpore matris Ausus vesana est dissecuisse manus? Some jamq; uia mediâ proiecit, acerbus Quod tristi sensu strinxerit ora sapor? Insuper sit Bacchus ei, velut ante Lycurgo, Ut qui nascentem sustulit Euphrosyncen.

Hanc qui libasset quondã, vel ludere versu Vel poterat cura solueret corda graui.

Cui poctæ non bene sano respondit vit multificius Picrius Valerianus, hoc limato hexasticho:

Κένος ἀριστύσας κ' ὀινοτρόφον ὄμφακα. *Picrii responso.*

μισῶν, ὅς βόλε τὸ σκύβαλον ἡμιδαῖς χαμάδις.

Κλήματα τ' ἱξίταμεν κ' ὄλους βλασῆς ἀσπίδης.

Ὅς ἦν αὐξομένην ἔσβεσεν ἀφροσύναν.

Τοῦ δὲ τίς δεινοτρόφου διὰ πόματος, ἢ πρὸς ἀρνα.

Ἡ λυθ' ἀν' ἡγ' αὐτὰ τάχα κίληθε σφίπτον.

Μαθε animis quisquis vinum hoc immite perosus,

Allisit putri vile putamen humo, Ramosq; ex plantâ totã ab radice recidit,

Atq; ita gliscentem sustulit Aphrosyncen. Namq; aliquis potu hoc vino grauis isset ad arma,

Aut decoris poterat non meminisse sui.

Huc pertinet historia quam Hyginus retulit de Icario à pastoribus interfecto, qui vinum sibi à Baccho datum cum isdem dedisset, coque facti ebrij concidissent, & sibi venenum propinatum fuisse putasset, eum sustibus interfecerunt. Reperio apud

Tranquillum in Domitiano, edixisse Imperatorem, ne quis in Italia nouellaret: quod enim summam quandam vini vber-

tatem, frumenti verò inopiam videret, exstimans nimio vinearum studio arua negligi, cohibuit nimiam hominum circa vites vel curam, vel libidinem. Iussit etiam vinea in prouincijs succidi, relicta vbi pluriù parte dimidia. Et hæc ferè ille. Sed Philo-

stratus in Apollonij vita causam eam diserte tradit, quam supra posui, nimirum edicti causam eam fuisse, quod in Asia,

præcipuè homines vino nimium indulgentes, seditiones excitarent.

Res dura hæc nimium] Seuerior hæc bibendi lex, dixerit aliquis: dura quidem is potissimum, qui sibi omnia effuse licere volunt.

Sunt pendula guttura] Nullus est, qui non appetat vini delicias, neq; ita dilati, aut ita angustis poculis: facile enim fluit, & sponte sua illabitur, nec opus illud per manicam Hippocratis percolare.

Hæu facile commoda etc.] Quæ com-

moda

K 3

Picrii responso.

Icarius cur occisus.

Difficilia
que pul-
chra.

moda sunt, vel quæ ita putantur, non faci-
le nobis accidunt: nam *δυσκολὰ τὰ κα-
λὰ, ardua quæ pulchra*. quæ verò sunt in-
eummoda, vltro veniunt, etiam non atces-
sita. De quo infra proprio loco.

IV.

Ebrieta-
ris dete-
statio.

SATIS multa de vini vsu & abusu
his tribus Emblematis passim attulisse vi-
deor, & lubens hic orationis cursum siste-
rem, nisi esset quod vehementer me torque-
ret. Cum gemitu & fremitu, cum rubore
& pudore hic recordor inclitæ nostræ
Germaniæ, cuius *πολυποσία* reliquarum
nationum ore sædè traducitur. Trium
Furiarum mentionem faciunt Poetæ, ego
quartam adiungo, & do principem locum
in theatro flagitiorum Ebrietati. Hæc in
medio Europæ sedem stabilivit, atq; adeo
subdidit orbem nostrum, vt quamvis alijs
quoq; gentibus imperet, Germanos solos
pellundet calcaneo, & compedibus iniectis
trahat iniuctos olim populos, quò
vult. *Babylonica meretrix* cū philtro suo
& intoxicato calice. Non sauior pestis
vifa est; non atrocior hostis grassari; nec
Romana potentia ita vires nostras contri-
uit, vt hæc. Fractum iam hinc & imbel-
le genus videmur, decusso prisco illo robu-
statis & fortitudinis flore; denigrato mili-
tariis gloriæ, quæ solennis quasi & propria
fuit gentis nostræ, splendore ac luce; con-
uersis in effeminatam quandam ac turpissi-
mam molitiam, virtutum heroicarum
clarissimis insignibus, quibus fulserant ata-
ui proauis; nostri, peculiari nationis ge-
nio; conculcatis victoriarum palmis, &
triumphali laurea de capitibus turpiter
abiecta. *Vitreis bipennibus*, & ex argento
aut opere figulino confectis gladijs itur
nunc ad præliâ; cantharus, lagena, trulla,
carchesia nunc armant viros; coronam au-
ferit, qui vibrat hastam & quatit fortius,
amphorale poculum scilicet, aut craterem
tricongium, aut orcam balneario labro ca-
paciorem. Vexillum suspendit in templo
Bacchi victor in hac palæstra, cuius nun-
quam sicus gurgulio in dolium ventri-
trāsmitit, quod nec bonis caperet verus,
aut elephanti. Proferri primum in tali
conflictu & occumbere, probum habetur
in summo gradu, & dedecus vix Rhæni
abluendum aut Istri fluminibus. Vltimum
arena excedere, res trophæo & arcu digna,
quam Fastis & Annalibus inferas. Nec lau-
dem solidam meretur, nisi qui calceos, &

Novi ge-
nus certâ
mimis.

matulas incrustatas squammis suis & con-
creta sanguine, nouit exhaurire, & reuo-
mere stomacho fastidiente; nisi refundat
eundem liquorem in mensam aut cyathū,
semicoctum iam & innatantem turundis
ciborum ac crudis frustulis, execrabili tur-
pitudine. Quem ex arte tamen & aulica
nescio qua vrbauitate traductum morem,
non verentur pleriq; Saxonice cuiusdam
virtutis, & Pomeranæ nouo insignire elo-
gio. O gigantes? O Achilles & Hæctores?
O monstra mihi? d' vtres? d' cloacas? Ho-
minibusne vos comparem, an bestijs? Imò
ne bestijs quidem. Nam quis vnquam eb-
riosas vidit bestias? Quanto igitur melior
asinus & canis, imò quoduis brutum, siue
esse, siue bibere necesse sit, modum norit,
nec vltro quam est opus progrediuntur,
licet multi cogant? At ebriosi merum ca-
dauit & sceror sunt.

*Vt bibat haud sitiens, vel edat, iam ventre
repleto*

Verberibus cogi bestia nulla potest.

*Ergo homo deterior longe est (sateamur o-
portet)*

*Qui bibit haud sitiens, qui vorat ante
satur.*

Violentum sanè hoc mali genus, non infame
solum & abominabile, quod subvertit
naturam, animorum corporumq; vires præ-
sentissima: quod ingenij necius debilitat,
frangit vigorem, & quidquid inest luminis
obscurat, ac densa obducit caliginè: quod
succum iuuentutis exhaurit, fugit colorem,
perimit formam, vultus facit laruis ac dia-
bolicis spectris similes. Manuum tremor
hinc & titubatio, vertigo cerebri, mentis
anxietas, rerum obliuio, mors memoria.
Hinc graueolentis halitus matutina me-
phitis, oculorum tumor & lippitudo, rugæ
frontis, pustulæ & furfures, nasi marci-
di pyropi, genæ pendulæ, scabies membro-
rum & contractio, malè consistens pes, va-
cillans lingua, furia noctis, somni trepidatio
& metus. Omnium vitiorum hæc ma-
ter est, iurgia seminans, cædes gignit & ho-
micidia, raptus, adulteria, supra, tumultus,
bella. Quæ postquam radices altius
egit, quò magis euellit, eò firmius ha-
ret: toxicum animæ & aconitum, quo tacta
mens, velut asphaltico bitumine pigrum
lento rem trahit & gluten ignauæ, vt stu-
pidis sensibus, & vecordi sp̄ritu ac ster-
tente, tota liguetur, sibimetipsa graue ouis
ac

Ein Pe-
meri.

schel-
chsenka-
les.

Ebrieta-
tis mala.